Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



64

Propheta in persona martirum recolens beneficia antiquis collata ait o

Deus auribus nostris audiuimus intellectu nostro cognouimus et pres mri ipse que gesta sunt illorum temporibus retulerunt nobis

Opus quod operatus es in diebus antiquis illorum moyse s. Iosue et aliorum prum scilicet in diebus antiquis operatus aut es opus hoc s. q Potencia tua morte et alijs modis gentes disperdidit terre promissionis s. amorreum eueum iebuseum et alios et plantasti filios isrl afflixisti ipsos qui ibi erant et expulisti eos de terra promissionis ut alios introduceres et regnum eorum tua mna confirmares

Tua virtute tua potencia hec facta sunt non eorum

Nec enim in gladio suo non p bella sua possederunt terram nec robur eorum saluauit eos q non ceciderunt in manus inimicorum

Sed potencia tua saluauit eos et fortitudo tua et sapiens consilium a te eis datum qm complacuit tibi in illis s. ex benuolencia et gra tua

Tu ipse qui hec illis fecisti es rex meus et deus meus q non mutatus non diminutus et si tpa sunt mutata et variata creator temporum non mutatur tu dico qui mandas victorias in bellis ipso iudaico qui exuit de iacob sicut ego illi confisi sunt de te ita et ego confido

Quod sicut tua virtute assistente filio isrl inimicos suos disperdiderunt ita In tua virtute inimicos mros ventilabimus i. disperdemus plate a te nobis data et per virtutem tuam spernemus hostes mros in pnti uel in futo q michil poterunt nobis nocere

Bene dico in uirtute tua Quia nec in meritis meis aut armis aut viribus speraba sicut nec patres mri